



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 33. Lotharingii Cardinalis fides Oratoribus Gallis suspecta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI.

A.C. 1563.

His postea Pontifex addebat: „si  
 „tamen necesse judicaveritis illos ar-  
 „tículos proponere, incipiatis ab iis,  
 „qui minus adferunt præjudicii, quales  
 „sunt, qui ad mores, & doctrinam per-  
 „tinent: diserte vero de ritibus, &  
 „beneficiis agite: si autem omnino hæc  
 „deberetis referre, prius de objectio-  
 „nibus, quæ opponi possent, cum Præla-  
 „tis Sedi Apostolicæ addictis conferte,  
 „ac tunc demum artículos discutien-  
 „dos, ac disputandos proponite; inte-  
 „rea ego, quid amplius constituerim,  
 „edicam: „ Ceterum sub idem tempus  
 Pontifex Legatis suis decretorum for-  
 mam transmisit, quam non modo cir-  
 ca institutionem, sed etiam residentiam  
 Episcoporum confici jusserat.

§. XXXIII.

*Lotharingii Cardinalis fides Oratori-  
 bus Gallis suspecta.*

Pallav. l. 19.

c. 14. n. 6.

Lettre de

l'Isle a la

Reine 14.

Jan. dans

les Mem.

de Trente

p. 375.

Ex hisce decretis graves oriebantur  
 tumultus, ut supra meminimus;  
 harum vero omnium dissensionum cul-  
 pam Legati haud immerito in Franciæ  
 Oratores rejiciebant; hi enim formulæ  
 a Lotharingio Cardinali conceptæ a-  
 crius obsistebant, non minus ac illi de-  
 creto, ubi statuebatur, quod Pontifici  
 juxta Synodi Florentinæ definitionem  
 Ecclesiam universalem regendi auctori-  
 tas

tas competat: quæ tamen veritas Gal-  
lorum opinioni penitus opposita est,  
cum illi jure propugnare existiment,  
quod Concilium sit Pontifice superius.  
Cum vero Legati ad Oratores respon-  
derent, se de iis omnibus, quæ dicta  
fuerant, acturos cum Lotharingio Car-  
dinali, Oratores haud expectatum  
hoc responsum reddiderunt, sibi nihil  
esse agendum cum illo, nec se Triden-  
tum venisse, ut huic Cardinali obtem-  
perarent, sed duntaxat Regis mandata,  
pro eo, ac sibi fuerant imposita, exe-  
querentur: exinde autem una cum re-  
liquis, quæ præcesserant, Legati sat  
manifeste intelligebant, quod Cardinalis  
Lotharingius non illam obtineret au-  
ctoritatem, quam ipsi de eo credide-  
rant, atque ille sibi tribuerat: enimve-  
ro per eos dies Franciæ Oratores hu-  
jus Cardinalis integritatem sibi suspe-  
ctam habebant, eo quod Insulanus ad  
Reginam, die quarta Februarii perscri-  
bens eidem significaret, a Viterbiensi  
Episcopo delata fuisse ad Pontificem ar-  
cana Lotharingii Cardinalis monita, &  
ampla promissa, adeo, ut ille Præsul,  
cum de Cardinale Lotharingio, ante-  
quam is Tridentum adiret, pessime lo-  
queretur, nunc eundem summis ad cœ-  
lum laudibus eveheret, ideoque necesse  
esset, circumspicte cum eo agi.

E 3 §. XXXIV.

Sæc. XVI.  
A.C. 1563